nire iudiciũ meũ : aut in fine charitatẽ quã populo
ꝓmisi . Et dixi:Sed ecce dñe/ tu ꝓpe es his q̃ in fi/
nem sunt: Et q̃d facient q̃ ante me fuerũt/ aut nos/
aut hi q̃ post nos? Et dixit ad me:Coronę assimila/
bo iudiciũ meuz. Sicut nõ nouissimoꝝ tarditas:sic
nec prioꝝ velocitas. Et respõdi/t dixi: Nec poteras
facere eos q̃ facti sunt/ t qui sunt/t qui futuri sũt in
vnum:vt celerius iudiciũ tuũ ostẽdas? Et respõdit
ad me/t dixit: Non põt festinare creatura sup crea/
torem : nec sustinere seculũ eos q̃ in eo creandi sunt
in vnũ. Et dixi:Quõ dixisti seruo tuo/qñ viuificãs
viuificasti a te creatã creaturã in vnuz/t sustinebat
creatura:poterit t nunc portare ꝑsentes in vnũ. Et
dixit ad me: Interroga matricẽ mulierꝫ/et dices ad
eam:Et si paris/quare p tẽpus? Rogo ergo eaz/ vt
det decẽ in vnũ. Et dixi: Non vtiq̃ poterit/sed ꝑm
tẽp⁹. Et dixit ad me: Et ego dedi matricẽ terrę his
qui seminati sunt sup eã p tẽpus? Quẽadmodũ enim
infans nõ parit ea quę senũ sunt: sic ego disposui a
me creatũ seculũ.Et iterogaui/t dixi:Cum iam de
deris mihi viam/ loq̃r corã te. Nam mater nra de q̃
dixisti mihi:adhuc iuuenis est/iam senectuti appro
pinquat. Et rñdit ad me/ t dixit: Interroga eã quę
parit/t dicet tibi. Dices ei ei:Quare q̃s pepisti nũc
nõ sunt siles his q̃ ante te/sz minoris statura? Et di D
cet tibi/t ipsa:Alij sunt q̃ in iuuẽtute ꝓtulꝫ nati sũt/
et alij q̃ sub tpe senectutꝫ deficiẽte matrice nati sũt.
Considera q̃ t tu qñ minori statura estis ꝓ his q̃ ań
vos/ t q̃ post vos minori q̃ vos/q̃si iam senescẽtes
creaturę:t fortitudinẽ iuuẽtutis ptereũtes.Et dixi:
Rogo dñe si inueni gratiã aute oculos tuos/demõ
stra seruo tuo p quẽ visites creaturã tuã. La. VI

Et dixit ad me: Initio tẽpori orbis et
anteq̃ starẽt exitus seculi:t anteq̃ spi/
rarent cõuentiões ventoꝝ t anteq̃ so/
narẽt voces tonitruũ: t ańq̃ splẽderẽt
nitores/ corruscationũ:t ańq̃ cõfirmarẽ
tur fundamẽta paradisi:anteq̃ viderent decori flo/
res:t ańq̃ cõfirmarent motę virtutes: t ańq̃ collige
rent inumerabiles militię ãgeloꝝ:t ańq̃ extollerẽt
altitudies aeris:t ańq̃ noiarent mensurę firmamẽ/
toꝝ:t ańq̃ estuarẽt camini in sion:et ańq̃ inuestiga/
rent pñtes ãni: t ańq̃ abalienarent eoꝝ q̃ nũc pec/
cant adinuẽtiões:t ańq̃ cõsignati essent q̃ fidẽ the/
sauriçauerũt:tũc cogitaui t facta sũt p me solũ t nõ
p aliũ:et finis p me/t nõ p aliũ. Et rñdi/t dixi:Quę
erit separatio tẽporum? Aut qñ pꝛis finis t sequẽtis
initiũ? Et dixit ad me:Ab abraam vsq̃ ad isaac qñ
nati sũt ab eo iacob et esau/man⁹ iacob tenebat ab
initio calcaneũ esau. Finis enim huius seculi esau/
et ꝓncipiũ sequẽtis iacob. Hois manus inter calca
neũ et manũ. Aliud noli q̃rere esdra. Et rñdi/t dixi:
O dñator dñe/si inueni gratiam ante oculos tuos:
ora/ vt demõstres seruo tuo finẽ signoꝝ tuoꝝ:quo
rũ partẽ mihi demonstrasti nocte ꝓcedẽte. Et respõ
dit/t dixit ad me:Surge sup pedes tuos/t audiyo/

Ecem plenissimã sonit⁹. Et erit sicut cõmotio: nec cõ/
mouebit locus in q̃ stes sup eum. Ideo cũ loquit tu
nõ expaueas: qm̃ de fine verbũ/ et fundamẽtũ terrę
intelligit: qm̃ de ipis fmo tremiscit ⁊ cõmouet. Scit
enĩ qm̃ finẽ eor oportet cõmutari. Et factũ est cũ au
dissem: surrexi sup pedes meos ⁊ audiui: et ecce vox
loquẽs: ⁊ sonus eius sicut sonus aquarũ multarũ/ ⁊
dixit: Ecce dies veniũt: ⁊ erit qñ appropinq̃re incipi
am vt visitẽ habitãtes in terra: ⁊ qñ inq̃rere incipiã
ab eis q̃ iniuste nocuerũt iniusticia sua: ⁊ qñ supple/
ta fuerit humilitas sion: ⁊ cũ supsignabit seculũ qđ
incipiet ptransire: hec signa faciã. Libri apient ante
faciẽ firmamẽti: ⁊ oẽs videbũt sil: ⁊ ãniculi infantes
loquent vocib⁹ suis: ⁊ pgnãtes imaturos pariẽt in/
fantes triũ ⁊ q̃ttuor mẽsiũ: ⁊ viuẽt ⁊ suscitabunt. Et
subito apparebũt semiata loca nõ semiata ⁊ plena
pmptuaria subito inuenient vacua: ⁊ tuba canet cũ
sono: quã cũ oẽs audierit: subito expauescẽt. Et erit
in illo tpe debellabũt amici amicos/ vt inimici: ⁊ ex/
pauescet terra cũ his. Et venę fontiũ stabũt: ⁊ nõ de
currẽt ĩ horis trib⁹. Et erit: ois q̃ derelict⁹ fuerit ex oĩ
bus istis q̃bus p̃dixi tibi: ipse saluabit ⁊ videbit sa/
lutare meũ ⁊ finẽ seculi vri. Et videbũt q̃ recepti sũt
hoies q̃ mortẽ nõ gustauerũt a natiuitate sua: ⁊ mu
tabit cor inhabitantiũ: ⁊ cõuertet in sensum alium.
Delebit enĩ malũ ⁊ extinguet dolus. Florebit autẽ
fides: ⁊ vincet corruptela: ⁊ oñdet veritas q̃ sine fru
ctu fuit dieb⁹ tantis. Et factũ est cũ loquerer mihi: ⁊
ecce paulatim intuebar sup eũ añ quẽ stabã / ⁊ dixit
F ad me hec: Veni tibi ostendere tps vẽturę noctẽ. Si
ergo iterũ rogaueris: ⁊ iterũ ieiunauer septẽ dieb⁹:
iteruz tibi renũciabo hor maiora p diem q̃ audiui.
Audita est enĩ vox tua apud altissimũ. Vidit ei for/
tis directionẽ tuã: ⁊ ꝓuidit pudicitiã quã a iuuẽtu/
te tua habuisti: ⁊ ꝓpter h̃ misit me demonstrare tibi
hec oia/ ⁊ dicere tibi: Confide ⁊ noli timere: ⁊ noli fe/
stinare cũ poztb⁹ tpib⁹ cogitare vana: ⁊ nõ ꝓperes a
nouissimis tpib⁹. Et factũ est post hec ⁊ fleui iterũ: ⁊
sic ieiunaui septẽ dieb⁹: vt supplẽa tres hebdoma/
das q̃ dicte sunt mihi. Et factũ est in octaua nocte: ⁊
cor meũ turbabat iterato ĩ me: ⁊ cepi loq coram altissi
mo. Inflamabat ei spũs me⁹ valde: ⁊ aia mea anxia
bat/ ⁊ dixi: O dñe: loquẽs locutus es ab initio crea/
turę in pmo die/ dicẽs: Fiat cęlũ ⁊ terra: ⁊ tuũ verbũ
opus pfectũ. Et erat tũc spũs: ⁊ tenebrę circũferebã
tur ⁊ silentiũ: son⁹ vocis hois nõdũ erat abs te. Tũc
dixisti de thesauris tuis ꝓferri lumen lnminosum q̃
appareret op⁹ tuũ. Et die scõ creasti spm̃ firmamẽ/
ti: et iperasti ei vt diuideret ⁊ diuisionẽ faceret inter
aq̃s: vt ps quedã sursum recederet: ps x̃o deorsum
maneret. Et tertia die imperasti aq̃s cõgregari in se/
ptima pte terre: sex x̃o ptes siccasti ⁊ pseruasti: vt ex
his sint coram te mistrãtia semiata a deo ⁊ culta. Ver
bũ enĩ tuũ ꝓcessit: ⁊ opus statim fiebat. Processit ei
subito fruct⁹ multitudis ĩmẽsus ⁊ ꝓcupiscẽtię gust⁹
mlt̃iformes: ⁊ flores coloze imutabili: ⁊ odores odo
rameti inuestigabilis. Et die tertia hec facta sunt.
Quarta ãt die ipasti fieri solis splẽdorẽ: lunę lumẽ:
stellarũ dispositionẽ: ⁊ impasti eis vt deseruirent fu
turo plasmato homi. Quito aũt die dixisti septimę
parti vbi erat aqua cõgregata vt ꝓcrearet aialia et
volatilia ⁊ pisces: ⁊ ita fiebat. Aqua muta ⁊ sine aia
quę dei nutu iubebant aialia faciebat: vt ex h̃ mira/
bilia tua natiões enarrẽt. Et tũc ꝓseruasti duas ani
mas: nomen vni vocasti enoch: ⁊ nomen secũdę vo/ G
casti leuiathã: ⁊ sepasti ea ab alterutro. Non enĩ po/
terat septima ps vbi erat aq̃ ꝓgregata capere ea. Et
dedisti enoch vnã partẽ q̃ siccata est tertio die vt ha
bitet in ea: vbi sunt mõtes mille. Leuiathan aũt de
disti septimã ptẽ humidã ⁊ seruasti eam vt fiat in de
uoratiõnẽ q̃bus vis ⁊ qñ vis. Sexto aũt die iperasti
terrę vt crearet coram te iumẽta ⁊ bestias ⁊ reptilia: et
sup his adam: quẽ cõstituisti ducẽ sup oĩb⁹ facturã q̃ fe
cisti: et ex eo educimur nos oẽs quẽcũ elegisti pplm.
Hec aũt oia dixi coram te dñe: qr ꝓpter nos creasti se/
culũ. Residuas ãt gẽtes ab adam natas dixisti eas
nil eẽ: ⁊ qm̃ saliuę assimilatę sũt: ⁊ q̃si stillicidiũ ó va
se similasti abũdãtiã eor. Et nũc dñe ecce istę gẽtes
quę in nihilũ deputatę sunt: ceperũt dñari nr̃i ⁊ de/
uorare: nos autẽ pp̃ls tuus quẽ vocasti ꝓmogenitũ
vnigenitũ: emulatorẽ tuũ: traditi sum⁹ ĩ manib⁹ eo/
rũ. Et si ꝓpter nos creatũ est seculũ: q̃re nõ hereditа
tem possidem⁹ cum seculo? Usq̃q̃ hec? La. VII

ET factũ est cum finissem loq verba hec:
missus ẽ ad me angel⁹/ q̃ missus fuerat
ad me ꝓmis noctib⁹/ ⁊ dixit ad me: Sur
ge esdra: ⁊ audi fmones q̃s veni loq ad
te. Et dixi: Loquere deus me⁹. Et dixit
ad me: Mare positũ est in spacioso loco vt esset altũ
et imẽsuz: erit aũt ei introit⁹ in angusto loco posit⁹:
vt eẽt silis fluminib⁹. Quis enĩ volẽs voluerit igre
di mare ⁊ videre eũ vel dñari eius: si nõ trãsierit an/
gustũ: in latitudinẽ venire quõ poterit? Item aliud:
Ciuitas est ędificata ⁊ posita in loco cãpestri: est au
tem plena oĩuz bonoz. Introitus eius angust⁹ ⁊ in
cipiti posit⁹: vt eẽt a dextris qdem ignis: a sinistris
aqua alta: semita aũt est vna sola inter eos posita: hoc
est inter ignẽ ⁊ aquã: vt nõ capiat semita nisi solũmo/
do vestigiũ hois. Si aũt dabit ciuitas homi in here
ditatẽ: si nunq̃ antepositũ piculũ ptrãsierit quõ ac/
cipiat hereditatẽ suaz? Et dixi: Sic dñe. Et dixit ad
me: Sic est ⁊ isrl̃ ps. Propter eos enĩ feci seculũ: ⁊ qñ
trãsgressus est adã cõstitutiões meas: iudicatũ ẽ qđ
factũ est. Et facti sunt itroit⁹ hui⁹ seculi angusti ⁊ do
lentes ⁊ laborioſi: pauci aũt ⁊ mali ⁊ piculoz pleni:
et labore magnope fulti: nam maioris seculi introi/
tus spacioſi ⁊ securi: ⁊ faciẽtes imortalitatis fructũ.
Si ĝ ingrediẽtes nõ fuerũt igressi q̃ viuũt: angusta
et vana hec: nõ poterũt recipe q̃ sunt reposita. Nũc
ergo tu q̃re cõturbaris cũ sis corruptibilis: ⁊ qđ mo
ueris tu cũ sis mortalis? Et q̃re nõ accepisti in cor/de
tuo qđ est futurũ: sz qđ in p̃senti? Rndi ⁊ dixi: Dña/
tor dñe: ecce disposuisti lege tua: qm̃ iusti hereditа/
bũt hec: Impij aũt pibũt: iusti ãt ferẽt angusta: spe/
rãtes spacioſa. Qui enĩ ipie gesserũt: ⁊ angusta pas/
si sunt: ⁊ spacioſa nõ videbũt. Et dixit ad me: Non ẽ
iudex sup deũ: neq̃ intelligẽs sup altissimũ. Pereũt
enĩ multi p̃sentes: qr negligit q̃ antepositа ẽ dei lex.
Mandans enĩ mãdauit de venientib⁹: qñ venerũt:
qđ faciẽtes viuerẽt: ⁊ qđ obseruãtes non punirent.
Hi aũt nõ sunt psuasi/ ⁊ cõtradixerũt ei: ⁊ ꝓstituerũt
sibi cogitamen vanitatis: ⁊ ꝓposuerũt sibi circũnẽ/
tiones delictoz: ⁊ supdixerũt altissimo nõ esse: ⁊ vi/
as eius nõ cognouerũt: ⁊ legem ei⁹ spreuerũt: ⁊ spõ/
siones eius abnegauerũt: ⁊ in legitimis eius fidez
nõ habuerũt: ⁊ opera eius nõ pfecerũt. Propter hoc
esdra vacua vacuis: ⁊ plena plenis. Ecce tẽpus ve/
niet: ⁊ erit qñ venient signa quę p̃dixi tibi. Et appa/

rebit spōsa: ⁊ appareſcēs oſtendet quę nunc ſubducit terra: ⁊ omnis qui liberatus eſt de prędictis malis: ipe videbit mirabilia mea. Reuelabit enī filius meus ieſus cum his qui cum eo ſunt: ⁊ iocūdabunt qui relicti ſunt in annis quadringētis. Et erit poſt annos hos ⁊ morietur filius meus chriſtus. Et oēs qui ſpiramentū habent homines: ⁊ cōuertet ſeculū in antiquū ſilentiū diebus ſeptem ſicut in prioribus iudicijs: ita vt nemo dereliquat: ⁊ erit poſt dies ſeptem: ⁊ excitabit quod nōdum vigilat ſeculū: ⁊ morietur corruptū. Et terra reddet quę in ea dormiūt: et puluis q̄ in eo ſilentio habitāt: ⁊ ꝓmptuaria reddent quę eis cōmēdatę ſunt animę. Et reuelabit altiſſimus ſuper ſedem iudicij: ⁊ pertrāſibūt miſerię: et longanimitas cōgregabit. Judiciū autem ſolum remanebit: veritas ſtabit: ⁊ fides cōualeſcet: Et op⁹ ſubſequet: ⁊ merces oſtendet: ⁊ iuſticię vigilabūt: ⁊ iniuſticię non dominabunt. Et dixi: Primus abraam ꝓpter ſodomitas oꝛauit: ⁊ moyſes ꝓ patrib⁹ q̄ in deſerto peccauerūt: ⁊ q̄ poſt eum pro iſrael in diebus achaz ⁊ samuelis ⁊ dauid ꝓ confractiōe: ⁊ ſalomon ꝓ eis qui venerūt in ſanctificationē: et helias ꝓ his qui pluuiā acceperūt: ⁊ ꝓ mꝛtuo vt viueret: et eęchias ꝓ pplo in diebus ſennacherib / et multi ꝓ multis. Si ergo modo quādo coꝛruptibile increuit: ⁊ iniuſticia multiplicata eſt: ⁊ oꝛauerūt iuſti pro impijs: quare ⁊ nunc ſic nō erit? Et reſpōdit ad me/ et dixit: Pręſens ſeculū nō eſt finis: gloria in eo frequens manet: ꝓpter hoc oꝛauerūt ꝓ inualidis. Dies enim iudicij erit finis tēpoꝛis huius: ⁊ initiū temꝑ poꝛis futuri imꝛtalitatis: in quo pertrāſiuit coꝛruptela: ſoluta eſt intēperātia: abſciſa ē incredulitas: creuit autem iuſticia: oꝛta eſt veritas. Tunc enim nemo poterit ſaluare euꝝ q̄ perijt: neq; demergere qui vincit. Et reſpondi et dixi: Hic ſermo meus primus et nouiſſimus: qm̄ melius erat nō dare terrā adam: vel cum iam dediſſet coercere eum vt non peccaret. Quid enī ꝓdeſt hominib⁹ in p̄ſenti viuere in triſticia: et mꝛtuos ſperare punitionē? O tu quid feciſti adam? Si enī tu peccaſti nō ē factus ſolus tuus caſus: ſed ⁊ noſter q̄ ex te venimus. Quid enim ꝓdeſt nobis ſi ꝓmiſſum eſt nobis imꝛtale tēpus: nos autem mꝛtalia opera egimus? Et qm̄ prędicta eſt nobis perēnis ſpes: nos vo peſſimi vani facti ſumus. Et qm̄ repoſita ſunt nobis habitacula ſanitatis ⁊ ſecuritatis: nos vero mali cōuerſati ſumus. Et quoniā repoſita ē gloria altiſſimi ꝓtegere eos q̄ tarde cōuerſati ſūt: nos aūt peſſimis vijs ambulauim⁹. Et quoniam oſtendet paradiſus cuius fructus incoꝛrupt⁹ pſeuerat in q̄ eſt ſecuritas ⁊ medela: nos vero nō ingrediemur. In ingratis enī locis cōuerſati ſum⁹: et qm̄ ſup ſtellas fulgebūt facies eoꝝ q̄ abſtinētia habuerūt: noſtrę aūtē facies ſup tenebras nigrę. Non enī cogitauim⁹ / viuētes qm̄ iniquitatē faciebam⁹ q̄ in/ cipiemus poſt mortē pati. Et reſpōdit / et dixit: Hoc eſt cogitamentū certaminis qđ certabit q̄ ſup terrā natus eſt homo: vt ſi victus fuerit patiat qđ dixiſti. Si aūt vicerit recipiet qđ dico: qm̄ hęc ē vita quam moyſes dixit cum viueret ad pplm / dicens: Elige tibi vitam vt viuas: Non crediderūt aūt ei: ſed nec p⁹ eum ꝓpheris. Sed nec mihi q̄ locutus ſum ad eos: qm̄ nō eſſet triſticia in perditionē eoꝝ ſicut futurū ē gaudiū ſup eos q̄bus pſuaſa eſt ſalus. Et reſpondi/ et dixi: Scio dñe quoniā vocatus eſt altiſſimus miſericoꝛs in eo q̄ miſereat his q̄ nōdum in ſeculo adueneruūt: ⁊ q̄ miſereꝛ illis q̄ ꝓuerſationē faciūt i lege eius ⁊ longanimis ē: q̄niā longanimitatē p̄ſtat his q̄ peccauerūt q̄ſi ſuis operib⁹: ⁊ munific⁹ ē: qm̄ qui dem donare vult ꝓ exigentijs: ⁊ multę miſericoꝛdię: qm̄ multiplicat magis miſcōias his q̄ p̄ſentes ſunt et q̄ p̄terierūt / ⁊ q̄ futuri ſunt. Si enī nō multiplicauerit miſcōias ſuas: nō viuificabit ſeculū cum his q̄ inhabitabant in eo. Et dixi: qm̄ ſi nō donauerit de bonitate ſua: vt alleuient hi q̄ iniq̄tatem fecerūt de ſuis iniq̄tatibus: nō poterit decies milleſima ps viuificari hoiuꝫ. Et iterꝝ ex ſi nō ignouerit his q̄ curati ſunt verbo eius: ⁊ dereliquerit multitudinē contemptionū: nō fortaſſis dereliq̄rent inumerabili multitudine niſi pauci valde. La. VIII

Et reſpondit ad me / et dixit: Hoc ſeculū fecit altiſſim⁹ ꝓpter multos: futurū autem ꝓpter paucos. Dicā ergo coram te ſimilitudinē eſdra. Quō autē interrogabis terrā: ⁊ dicet tibi: qm̄ dabit terrā multaꝫ magis vnde fiat fictile: paruū aūt puluerē vnde aurum fit: ſic et actus p̄ſentis ſeculi. Multi q̄dem creati ſunt: pauci aūt ſaluabunt. Et reſpōdi / ⁊ dixi: Abſorbe ergo aīa ſenſum: ⁊ dcuoꝛa qđ ſapit. Cōueniſti enī obaudire ⁊ ꝓphetare volens. Nec enī tibi ē datū ſpatiū niſi ſolūmodo viuere. O dñe ſi nō pmittes ſeruo tuo vt oꝛemus coram te: ⁊ des nobis ſemē coꝛdi ⁊ ſenſui culturā: vnde fructus fiat: vnde viuere poſſit omnis coꝛruptus q̄ portabit locū hois? Solus enī es: et vna plaſmatio nos ſumus manuū tuarū ſicut locutus es. Et q̄modo nūc in matrice plaſmatū ē coꝛpus ⁊ p̄ſtans mēbra: cōſeruat in igne ⁊ aq̄ tua creatio: ⁊ nouē menſib⁹ patit tua plaſmatio: tuā creaturam q̄ in ea creata ē: ipm aūtē qđ ſeruat ⁊ qđ ſeruat vtraq; ſeruabunt: ſeruataq; quādoq; iterum reddit matrix q̄ in ea creuerūt. Imperaſti enim ex ipſis mēbris: hoc ē māmillis prębere lac fructui māmillaruꝫ vt nutriat id qđ plaſmatū ē vſq; in tēpus aliquod: et poſtea diſponas eum tuę miſericoꝛdię. Enutriuiſti eum tua iuſticia: ⁊ eruditi eū in lege tua. Et coꝛripuiſti eū tuo intellectu: ⁊ mꝛtificabis eū vt tuā creturā: ⁊ viuificabis eū vt tuū opus. Si ergo perdideris eum q̄ tantis laboꝛib⁹ plaſmat⁹ eſt: tuo iuſſu facile eſt oꝛdinari: vt et id qđ fiebat ſeruaret. Et nunc dñe dicam: de omni homie tu magis ſcis: de populo aūt tuo ob quē doleo: et de hereditate tua ꝓpter quā lugeo: ⁊ ꝓpter iſrael ꝓpter quē triſtis ſum: ⁊ de iacob ꝓpter quem doleo: ideo incipiā oꝛare coram te ꝓ me et ꝓ eis: quoniā video lapſus noſtros q̄ inhabitam⁹ terrā. Sed audiui celeritatē iudicis q̄ futur⁹ eſt. Ideo audi vocē meā ⁊ intellige ſermonē meum: ⁊ loq̄r coram te. Initiū verboꝝ eſdrę priuſq; aſſumeret. Et dixi: Dñe q̄ inhabitas ſeculū: cui⁹ oculi eleuati in ſuperna ⁊ aere: ⁊ cuius thꝛonus ineſtimabilis: ⁊ gloria incōpꝛehenſibilis: cui aſtat exercitus angeloꝛuꝫ cum tremoꝛe: quoꝛum ſeruatio in vento et igni conuertit: cuius verbum verum et dicta perſeuerantia: cuius iuſſio foꝛtis et diſpoſitio terribilis: cuius aſpectus arefacit abyſſos: et indignatio tabeſcere facit montes: et veritas teſtificat. Exaudi oꝛationem ſerui tui: et auribus percipe depꝛecationem figmenti tui. Dum enim viuo loquar: et dum ſapio reſpondebo. Nec reſpicias populi tui delicta: ſed qui tibi in veritate ſeruiunt. Nec intendas im/

Epia gentium studia: sed qui tua testimonia cum doloribus custodierunt. Nec cogites qui in conspectu tuo false cōuersati sunt: sed memorare qui ex voluntate tua timorē cognouerūt. Neq; volueris perdere qui pecudū mores habuerūt: sed respicias eos q̄ legem tuā splendide docuerūt. Nec indigneris eis q̄ bestijs peiores iudicati sunt: sed diligas eos q̄ semper in tua iusticia cōfidunt et gloria. Q̄m nos ⁊ patres nostri talibus morbis languem⁹: tu aūt ꝓpter nos pctōres misericors vocaberis. Si enī desideraueris vt nostri miserearis: tūc misericors vocaberis: nobis autē nō habētibus opera iusticię. Justi enim quibus sunt opera multa reposita: ex ꝓpꝛijs operibus recipient mercedē. Quid est enī homo vt ei indigneris: aut genus corruptibile vt ita amarus sis de ipso? In veritate enī nemo de genitis est qui nō impie gessit: ⁊ de cōfidentibus qui non deliquit. In hoc enim ānūciabit̄ iusticia tua ⁊ bonitas tua dñe: cum misertus fueris eis q̄ nō habent substantiā bonoꝝ operū. Et respōdit ad me/et dixit: Recte locut⁹ es aliqua: ⁊ iuxta sermones tuos sic ⁊ fiet. Quoniā nō vere cogitabo super plasma coꝝ qui peccauerūt ante mortem/ante iudiciū/ante perditionē: sed iocū dabor super iustoꝝ figmētū: ⁊ memorabor peregrinationis quoq; et saluatiōis ⁊ mercedis receptiōis. Quomodo ergo locut⁹ sum/sic ⁊ est. Sicut enī agricola serit super terram semina multa: ⁊ plantatiōes multitudinis plantat: sed nō in tēpore oīa quę seminata sunt saluanť: sed nec omnia quę plātata sūt radicabūt: sic ⁊ qui in seculo seminati sunt nō oīes saluabunť. Et respondi et dixi: Si inueni gratiā/loquar. Quomodo semen agricolę si nō ascēderit aut
5 nō acceperit pluniā tuam in tēpore: aut si corruptū fuerit multitudine pluuię: sic perit: ⁊ similiter homo qui manibus tuis plasmatus est: et tu ei imago nominatus: quoniaꝫ similatus es ei ꝓpter quē omnia plasmasti: ⁊ similasti semini agricolę. Non irascaris super nos: sed parce populo tuo/⁊ miserere hęreditati tuę. Tu antem creaturę tuę misereris. Et respōdit ad me/⁊ dixit: Quę sunt p̄sentia/p̄sentib⁹: ⁊ quę futura/futurę. Multū enim tibi restat vt possis diligere meā creaturā super me: tibi autem frequēter et ipsi ꝓmaui: iniustis autē nunq̄. Sed ⁊ in hoc mirabilis es coraꝫ altissimo: quoniā humiliasti te sicut decet te: ⁊ nō iudicasti te/ vt iter iustos plurimū glorificeris. Propter qō miserię multę/⁊ miserabiles efficienť eis q̄ habitāt seculū in nouissimis: qr in multa superbia ambulauerūt. Tu autem ꝓ te intellige: et de similibus tuis inquire gloriā. Nobis enī apertus est paradisus: plātata est arbor vitę: p̄paratū est futurū tempus: p̄parata est abundātia: edificata est ciuitas: probata est requies: perfecta est bonitas: ⁊ perfecta sapiētia. Radix mali signata est a vobis: infirmitas: ⁊ tinea a vobis abscōsa est: ⁊ in infernum fugit corruptio in obliuione. Transierūt dolores: ⁊ ostensus est in fine thesaurus immortalitatis. Noli ergo adūcere inquirēdo de multitudine eoruꝫ qui pereunt. Nam ⁊ ipsi accipiētes libertatē/sprenerūt altissimū: ⁊ legem eius cōtempserūt: ⁊ vias eius dereliquerūt. Adhuc autem iustos eius cōculcauerunt: ⁊ dixerūt in corde suo nō esse deū: ⁊ quidem scientes quoniā morient̄. Sicut enī vos suscipiēt quę p̄dicta sunt: sic eos sitis et cruciatus quę ꝓparata sunt. Non enī voluit dominē dispdi. Sed ⁊ ipsi qui creati sunt coinq̄nauerūt nomen ei⁹ q̄ fecit eos: ⁊ in- 6
grati fuerūt ei q̄ ꝓparauit eis vitā. Quapropter iudiciū meū modo apropinq̄t. Quę nō oībus demōstraui nisi tibi: ⁊ tibi silib⁹ pauc⁹. Et rn̄di/⁊ dixi: Ecce nūc dñe demōstrasti mihi mltitudinē signoꝝ q̄ facturus es facere i nouissimis: qꝫ nō demōstrasti mihi q̄ tpe.

La. IX

ET respondit ad me/⁊ dixit: Metiens metire tēpus in semetipso: et erit cū videris q̄n trāsierit pars q̄dā signoꝝ q̄ ꝓdicta sunt: tunc itelliges: q̄m ipm est in q̄ incipiet altissim⁹ visitare seculū q̄ ab eo factū est: ⁊ q̄n videbit in seculo motio locoꝝ et ppl'oꝝ turbatio: tunc intelliges/q̄m de his erat altissim⁹ locut⁹/a diebus q̄ fuerūt ante te ab initio. Sicut enī oē q̄ factū est in seculo initiuꝫ habet pariter ⁊ cōsūmationē: ⁊ ꝓsūmatio est manifesta: sic et altissimi tēpora initia habēt manifesta i ꝓdigijs et ꝟtutib⁹/⁊ cōsūmatiōes in actu ⁊ in signis. Et erit/ omnis q̄ saluus factus fuerit: et q̄ poterit effugere p opa sua: ⁊ p fidē in qua credidistis/relinquet̄ de ꝓdictis periculis: ⁊ videbit salutare meū in terra mea: ⁊ in finib⁹ meis: q̄m sanctificaui me a seculo. Et tunc mirabunť q̄ nūc abusi sunt vias meas: ⁊ in tormētis cōmorabunť hi q̄ eas ꝓiecerūt in ꝓtemptu. Qui enī nō cognouerūt me viuētes beneficia cōsecuti: ⁊ q̄ fastidierūt legē meā: cum adhuc erāt habētes libertatem: et cū adhuc esset eis aptus pnitētię loc⁹: nō intellexerūt sed sprenerūt: hos oportet post mortez in cruciamento cognoscere. Tu ergo noli adhuc curiosus esse quō impij cruciabunť: sed inquire quō iusti saluabunť: ⁊ quoꝝ seculū: ⁊ ꝓpter quos seculū: ⁊ quādo. Et respondi/⁊ dixi: Olim locutus sum ⁊ nūc dico: et postea dicam: quoniā plures sunt qui pereunt/q̄ qui saluabunť: sicut mltiplicatur fluctus super guttā. Et rn̄dit ad me/⁊ dixi: Qualis ager/talia et semia: ⁊ quales flores/tales ⁊ tincturę: ⁊ q̄lis operator/talis ⁊ creatio: ⁊ qualis agricola/talis cultura: q̄m tēp⁹ erat seculi. Et nunc cū essem parans eis his qui nunc sunt anteq̄ fieret seculū in quo habitarēt: et nemo cōtradixit mihi: Tunc enī q̄sq̄ ⁊ nunc creať in mūdo hoc parato ⁊ mense indeficiēti: ⁊ lege inuestigabili corrupti sunt mores eoꝝ. Et cōsideraui seculū: ⁊ ecce erat periculū ꝓpter cogitatiōes quę i eo aduenerūt. Et vidi ⁊ peperci ei valde: et seruaui mihi acinum de botro: ⁊ plantationez de tribu multa. Pereat ergo mltitudo quę sine causa nata est: ⁊ seruetur acinus meus/ ⁊ plantatio mea: quia cum multo labore perfeci. Tu autem si adhuc intromittas septem dies alios: sed nō ieiunabis in eis: ibis in campum florum vbi domus nō est ędificata: et manducabis solūmodo de floribus campi: et carnem non manducabis: ⁊ vinum nō bibes: sed solūmodo flores. Deprecare altissimū sine intermissione: ⁊ veniā et loquar tecum. Et ꝓfectus sum sicut dixit mihi in campū qui vocať ardath: ⁊ sedi ibi in floribus. Et de herbis agri manducaui: ⁊ facta est esca earum mihi in saturitatē. Et factum est post dies septem: et ego discumbebam supra fenum: ⁊ cor meū iterū turbabatur sicut ante. Et apertū est os meum: ⁊ inchoaui dicere coram altissimo/et dixi: O dñe te nobis ostendens/ostensus es patribus nostris in deserto: quod non calcatur ⁊ infructuoso: quando erant exeuntes de egypto/et dicens dixisti: Tu israel audi me et semen iacob intende sermonibus meis. Ecce enī ego/

Alias gusta bis

A semino in vobis legem meã: ⁊ faciet i vobis fructũ: ⁊ glorificabimini in eo ꝑ ſeculũ. Nam patres nr̃i accipientes legem nõ ſeruauerũt: ⁊ legitima tua non cuſtodierũt: ⁊ factus eſt fructus legis nõ parẽſ. Nec enī poterat qm̃ tuus erat: nam qui acceꝑerũt/ perierũt: nõ cuſtodiẽtes qõ in eis ſeminatũ fuerat. Et ecce conſuetudo eſt: vt cum acceꝑerit terra ſemen: vel nauem mare: vel vas aliqõ eſcam vl̃ potũ: cum fuerit exterminatũ id in quo ſeminatũ eſt/ vel in quod miſſum eſt: ſimul id quod ſeminatũ vel miſſum eſt: vel quę ſuſcepta ſunt exterminanť: et ſuſcepta iam nõ manent apud nos. Sed nobis ſic nõ factum eſt. Nos quidẽ qui legem acceꝑimus peccãtes periuimus: ⁊ cor noſtrũ quod ſuſcepit eam: nam lex nõ perijt: ſed ꝑmanſit in ſuo labore. Et cum loquerer hęc in corde meo/ reſpexi oculis meis/ ⁊ vidi mulierẽ in dextera parte. Et ecce hęc lugebat ⁊ plorabat cũ voce magna/ ⁊ animo dolebat valde/ ⁊ veſtimẽta eius diſciſſa: ⁊ cinis ſup caput eius. Et dimiſi cogitat9 in quibus eram: cogitãs ⁊ cõuerſus ſum ad eam/ ⁊ dixi ei: Vt q̃d fles/ ⁊ q̃d doles animo? Et dixit ad me: Dimitte me dn̄e meus vt defleam me/ ⁊ adũcta dolorem: quoniã valde amara ſuz animo: ⁊ humiliata ſum valde. Et dixi ei: Quid paſſa es? Dic mihi. Et dixit ad me: Sterilis fui ego famula tua ⁊ nõ peperi habens maritũ annis triginta. Ego enī per ſingulas horas/ ⁊ ꝑ ſingulos dies ⁊ annos triginta hos/ deprecor altiſſimũ nocte ac die. Et factũ eſt poſt triginta annos exaudiuit me deus ancillã tuã: ⁊ vidit humilitatẽ meã: ⁊ attendit tribulatiõi meę: et dedit mihi filiũ. Et iocũdata ſum ſuper eum valde ego et vir meus/ ⁊ omnes ciues mei: ⁊ honorificabam9 valde fortem. Et nutriui eum cum labore mꝛto: ⁊ factũ eſt cum creuiſſet ⁊ veniſſet accipere vxorẽ: feci diem

epuli. Caplm. X

B  T factũ eſt cum introiſſet filius me9 in thalamo ſuo/ cecidit ⁊ mortu9 eſt/ ⁊ euertimus oñes lumina. Et ſurrexerũt omnes ciues mei ad cõſolandũ me/ ⁊ quieuiſſent vt me cõſolarenť vt quieſcerẽ: et ſurrexi nocte ⁊ fugi/ ⁊ veni ſicut vides in hoc campo: ⁊ cogito iam nõ reuerti in ciuitatẽ/ ſed hic cõſiſtere/ ⁊ neq̃ manducare neq̃ bibere/ ſed ſine intermiſſione lugere ⁊ ieiunare vſq̃dum moriar. Et dereliqui ſermones in q̃bus eram: et reſpõdi cum iracũdia ad eam/ et dixi: Stulta ſup omnes mulieres: nõ vides luctũ noſtrũ: ⁊ quę nobiſ ꝓtingũt? Qm̃ ſion mater nr̃a oi triſticia ꝓriſtať/ ⁊ hũilitate hũiliata ẽt luget validiſſime. Et nũc qm̃ oẽs lugem9 et triſtes ſum9/ qm̃ oẽs cõtriſtati ſumus: tu aũt cõtriſtaris in vno filio. Interroga enī terrã ⁊ dicet tibi: qm̃ hęc eſt quę debeat lugere caſum tãtoq̃ ſup eũ germinantiũ. Et ex ipſa ab initio oẽs nati ⁊ alij venient. Et ecce pene oñes in pditionẽ ambulãt ⁊ exterminiũ fit multitudo eorũ. Et q̃s ergo debet lugere magꝭ/ niſi hęc quę tam magnã multitudinẽ pdidit/ q̃ tu quę ꝑ vno doles? Si autẽ dices mihi: qm̃ nõ eſt planctus meus ſilis terrę/ qm̃ fructũ ventris mei pdidi/ quẽ cum męroribus peperi/ ⁊ cum doloꝛib9 genui: terra aũt fm̃ viaz terrę: abijtq̃ in ea multitudo ꝓſens: quõ euenit ⁊ ego tibi dico: Sicut tu cum labore pepiſti/ ſic et terra dat fructũ ſuũ: homi ab initio ei q̃ fecit eã. Nunc ergo retine apud temetipſam doloꝛẽ tuũ/ et fortiter qui tibi cõtigerũt caſus. Si enī iuſtificaueris ter C minũ dei ⁊ cõſiliũ ſuũ/ recipies in tẽpore/ ⁊ in talib9 collaudaberis. Ingredere ergo in ciuitatẽ ad virum tuũ. Et dixit ad me: Non faciã neq̃ igrediar ciuitatem/ ſed hic moriar. Et apposui adhuc loq̃ ad eam/ et dixi: Noli facere hũc ſermonẽ/ ſed cõſenti ꝓſuadẽti. Quot enī caſus ſion: Cõſolare ꝓpter doloꝛẽ hieruſalẽ. Vides enī qm̃ ſctificatio nr̃a deſerta effecta eſt/ ⁊ altare nr̃m demolitũ eſt/ ⁊ templũ nr̃m deſtructũ eſt/ ⁊ pſalteria nr̃m humiliatũ eſt/ ⁊ hymnus cõticuit/ ⁊ exultatio nr̃a diſſoluta eſt: ⁊ lumen candelabri nr̃i extinctũ eſt/ et arca teſtamẽti nr̃i direpta eſt: et ſancta nr̃a cõtaminata ſunt: ⁊ nomen q̃ inuocatũ eſt ſup nos pene ꝓphanatũ eſt: ⁊ liberi nr̃i cõtumeliã paſſi ſunt/ ⁊ ſacerdotes nr̃i ſuccẽſi ſunt/ ⁊ leuitę nr̃i in captiuitatẽ abierũt/ ⁊ virgines nr̃ę coinq̃natę ſunt/ ⁊ mulieres nr̃ę vim paſſę ſunt/ ⁊ iuſti nr̃i rapti ſunt/ ⁊ paruuli nr̃i ꝑditi ſunt/ ⁊ iuuenes nr̃i ſuierũt/ ⁊ fortes nr̃i iualidi facti ſunt. Et q̃ omnũ maius ſignaculuz ſion/ qm̃ reſignata eſt de gloria ſua. Nam ⁊ tradita eſt in mãib9 eoꝝ: q̃ nos oderũt: Tu ergo excute tuã triſticiã multã/ ⁊ depone abs te multitudinẽ doloꝝ vt tibi repꝛopicieť fort(: ⁊ requiẽ faciet tibi altiſſim9/ requietionẽ laboꝝ. Et factũ eſt cũ loquebar ad eam/ facies eius fulgebat ſubito ⁊ ſpecies/ coꝛuſcus fiebat viſus eius/ vt eſſem pauẽs valde ad eam/ ⁊ cogitarẽ q̃d eẽt hoc. Et ecce ſubito emiſit ſonitũ vocis magnũ timoꝛe plenũ/ vt cõmouerẽtur terra a mulieris ſono. Et vidi: ⁊ ecce ampli9 mulier nõ cõparebat mihi/ ſed ciuitas ędificabať: et locus demõſtrabať de fundamẽtis magnis: ⁊ timui ⁊ clamaui voce magna/ et dixi: Vbi eſt vriel angelus qui a principio venit ad me? Qm̃ ipſe me fecit venire in multitudine in exceſſu mentis hui9. Et fact9 eſt finis meus in corꝛuptionẽ/ ⁊ oꝛatio mea i impꝛoperium: ⁊ cum eſſem loquẽs ego hęc/ ecce venit ad me et vidit me. Et ecce eram poſitus vt mortu9/ ⁊ intellectus meus alienat9 erat. Et tenuit dexterã meã: et D ꝓfortauit me/ ⁊ ſtatuit me ſup pedes meos. Et dixit mihi: Quid tibi eſt/ ⁊ q̃re ꝓturbat9 eſt intellect9 tu9/ et ſenſus cordis tui/ ⁊ q̃re cõturbaris? Et dixi: Qm̃ dereliq̃ſti me. Et ego q̃dem feci fm̃ ſermones tuos/ et exiui in campũ/ ⁊ ecce vidi ⁊ video qõ nõ poſſum enarrare. Et dixit ad me: Sta vt vir: ⁊ cõmouebo te. Et dixi: Loquere dn̄e meus tu in me. Noli me derelinquere: vt nõ frustra moriar/ qm̃ vidi quę non ſciebam/ ⁊ audio quę nõ ſcio. Aut nunq̃d ſenſus meus fallit/ ⁊ anima mea ſuppmat? Nunc ergo depꝛor te vt demõſtres ſeruo tuo de exceſſu h̃. Et reſpõdit ad me/ ⁊ dixit: Audi me/ ⁊ doceã te/ ⁊ dicã tibi de q̃bus times: qm̃ altiſſimus reuelauit tibi myſteria multa. Vidit rectã viaz tuã: qm̃ ſine intermiſſione cõtriſtaris ꝑ pplm tuo/ et valde lugebas ꝓpter ſion. Hic ergo intellect9 viſionis quę tibi apparuit ante paululum. Quã vidiſti lugentẽ/ inchoaſti ꝓſolari eam. Nũc aũt iam ſpeciẽ mulier(nõ vides/ ſed apparuit tibi ciuitas edificari/ ⁊ qm̃ enarrabat tibi de caſu filij ſui. Hęc abſolutio eſt. Hęc mulier quã vidiſti/ hęc eſt ſion/ ⁊ qm̃ dixi tibi quã ⁊ nũc cõſpicies/ vt ciuitatem ędificataz. Et qm̃ dixi tibi q: ſterilis fuit annis triginta/ ꝓpter qõ erãt anni. ſ. trigita: qm̃ nõ erat in ea adhuc oblatio oblata. Et factũ eſt poſt ãnos trigita ędificauit ſalomõ ciuitatẽ ⁊ obtulit oblatiões/ tũc fuit qm̃ peperit ſterilis filiũ. Et qõ tibi dixit/ qm̃

nutriuit eum cum labore: hoc erat habitatio in hierusalem. Et qñ dixit tibi: q filius meus veniens in suo thalamo mortuus esset/ & cõtigisset ei casus: hoc erat q̃ facta est ruina hierl'm. Et ecce vidisti silitudinem eius: & qñ filiũ lugeret/ inchoasti cõsolari eaz: et de his q̃ cõtigerũt hec erant tibi aperiẽda. Et nũc videt altissim⁹ qñ ex animo cõtristatus es: & qñ ex toto corde pateris p ea: ostẽdit tibi claritatẽ glorie eius/ & pulchritudinẽ decoris ei⁹. Propterea ei dixi tibi vt maneres in campo vbi domus nõ est edificata. Sciebã enĩ ego qñ altissim⁹ incipiebat tibi ostẽdere hec: ppterea dixi tibi/ vt venires in agrum vbi nõ est fundamentũ edificij. Nec enĩ poterat op⁹ edificij hois sustineri in loco vbi incipiebaꝫ altissimi ciuitas ostendi. Tu ergo noli timere: neq̃ expauescat cor tuũ: sed ingredere & vide splendorẽ & magnitudinem edificij: quantũ capax est tibi visu oculoz & vide re: & post hec audies quãtũ capit auditus auriũ tuarũ audire. Tu enĩ beatus es q̃ multis: & vocatus es apud altissimũ sicut et pauci. Nocte aũt que in crastinũ futura est/ manebis hic: & ostẽdet tibi altissim⁹ eas visiones supremorũ que faciet altissimus his q̃ habitãt super terrã a nouissimis dieb⁹. Et dormiui illã noctem & aliam: sicut dixerat mihi. La. XI

Et vidi somniũ: & ecce ascẽdebat de mari aquila cui erãt duodecim alę pẽnarũ et capita tria. Et vidi & ecce expãdebat alas suas ĩ omnẽ terrã: & oẽs venti cęli insufflabãt in eam & colligebanꝫ. Et vidi: & de pẽnis eius nascebanꝫ ꝓtrarię pẽnę: & ipse fiebant in pẽnaculis minutis & modicis. Nam capita eius erãt ꝗescẽtia: & dimidiũ caput erat maius aliorũ capitũ: sed ipsa ꝗescebat cũ eis. Et vidi & ecce aq̃la volauit in pẽnis suis: & regnauit sup terrã/ & super eos qui habitant in ea. Et vidi qñ subiecta erant ei omnia sub cęlo: & nemo illi cõtradicebat/ neq̃ vnus de creatura que est sup terraz. Et vidi: & ecce surrexit aquila sup vngues suos: & misit vocẽ pẽnis suis/ dicens: Nolite oẽs sil' vigilare: dormite vnus q̃sq̃ in loco suo: & p tẽpus vigilate. Capita autẽ in nouissimo seruenꝫ. Et vidi: & ecce vox nõ exibat de capitib⁹ ei⁹: sed de medietate corporis eius. Et numeraui cõtrarias pẽnas eius: & ecce ipse erant octo. Et vidi: & ecce a dextera parte surrexit vna pẽna: et regnauit super oẽm terrã. Et factũ est cum regnaret: venit ei finis & nõ apparuit locus eius / & sequẽs exurrexit & regnabat. Ipsa multũ tenuit tẽpus. Et factũ est cũ regnaret: & veniebat finis ei⁹ vt nõ appareret sicut por: & ecce vox emissa ẽ illi dicẽs: Audi tu que tãto tpe tenuisti terrã. Hęc annũcio tibi anteq̃ incipias nõ apparere. Memo post te tenebit tẽpus tuũ/ sed nec dimidiũ eius. Et leuauit tertia/ & tenuit ꝑncipatũ sicut et priores: & nõ apparuit & ipsa. Et sic cõtingebat & oibus alijs singillatim ꝑncipatũ gerere: & iterũ nusq̃ cõparere. Et vidi: & ecce in tẽpore sequẽtes pẽnę erigebanꝫ a dextera parte vt tenerẽt & ipe ꝑncipatũ: & ex his erãt que tenebãt/ sed tñ statim nõ cõpatescebant: nam & alique ex eis erigebanꝫ: sed nõ tenebãt ꝑncipatũ. Et vidi post hec: & ecce non cõparuerũt duodecim pẽnę & duo pẽnacula: & nihil superat ĩ corpore aq̃le/ nisi duo capita quiescẽtia & sex pẽnacula. Et vidi & ecce sex pẽnaculis diuise sunt due/ & mãserũt sub capite/ qđ est ad dexterã partẽ: Nam q̃ttuor mãserũt in loco suo. Et vidi: & ecce hec subalares cogitabant se erigere & tenere ꝑncipatus. Et vidi: et ecce vna erecta est: sed statim nõ cõparuit. Et secũdę veloci⁹ q̃ priores nõ cõparuerũt. Et vidi: & ecce due que superauerũt apud semetipas cogitabãt & ipe regnare: Et in eo cũ cogitarẽt: ecce vnũ quiescẽtiũ capituz qđ erat mediũ euigilabat: Hoc enĩ erat duoz capitũ mai⁹. Et vidi qñ cõpleta sunt duo capita secum: & ecce cõuersum est caput cum his q̃ cũ eo erãt: et comedit duas subalares que cogitabãt regnare. Hoc autẽ caput pcõterruit omnẽ terrã: & dñabaꝫ in ea his q̃ habitabãt terrã cũ labore m'lto: & potẽtatũ tenuit orbis terrarũ sup oẽs alas que fuerũt. Et vidi post hec: et ecce mediũ caput subito nõ cõparuit: et hoc sicut alę. Superauerũt aũt duo capita: que & ipsa sil'r regnauerũt sup terrã: & sup eos q̃ habitãt in ea. Et vidi: & ecce deuorauit caput a dextera parte illud qđ a leua. Et audiui vocẽ dicentẽ mihi: Conspice contra te: & cõsidera qđ vides. Et vidi: & ecce sicut leo cõcitatus de silua rugiens: & vidi qñ emittebat vocẽ hois ad aquilã. Et dixit/ dicẽs: Audi tu & loq̃r ad te: & dicit altissim⁹ tibi: Nõne tu es q̃ superasti de quattuor aialib⁹ que fecerã regnare in seculo meo: et vt p eos veniret finis tẽpoz eoz: Et quart⁹ veniens deuicit oñia aialia que trãsierũt: & potẽtatu tenuit seculũ cum tremore m'lto: & oẽm orbem cũ labore pessimo: & inhabitauit tot tẽporib⁹ orbem terrarũ cum dolo: Et iudicasti terrã nõ cum veritate: Tribulasti enĩ mãsuetos: & lesisti quiescẽtes: & dilexisti mẽdaces: & destruxisti habitatiões eoz q̃ fructificabãt: et humiliasti muros eoz q̃ te nõ nocuerũt. Et ascendit ꝓtumelia tua ad altissimũ: & supbia tua ad fortẽ. Et respexit altissim⁹ supba tẽpora: & ecce finita sunt: et scelera eius cõpleta sũt. Propterea nõ appareas tu aq̃la & alę tue horribiles/ & pẽnacula tua pessima/ et capita tua maligna/ & vngues tui pessimi/ & omne corpus tuũ vanũ: vt refrigeret ois terra: & reuertaꝫ liberata de tua vi: & speret iudiciũ & misericordiã ei⁹ qui fecit eam. La. XII

Et factũ est dum loqueret leo verba hec ad aquilã. Et vidi: & ecce q̃ superauerat caput & nõ cõparuerũt quattuor alę illę que ad eum trãsierũt & erectę sunt vt regnaret: & erat regnũ eoz exile/ & tumultu plenum. Et vidi: & ecce ipsa nõ apparebãt: & oẽ corpus aquilę incendebaꝫ: & expauescebat tra valde. Et ego a tu multu & excessu metis: et a magno timore vigilaui: & dixi spiritui meo: Ecce tu prestitisti mihi hoc/ in eo q̃ scrutaris vias altissimi. Ecce adhuc fatigatus suz animo: & spiritu meo lualidus sum valde: & nec modica est in me virtus a multo timore quã expaui nocte hac. Nũc ergo orabo altissimũ: vt me ꝓfortet vsq̃ in finem. Et dixi: Dñator dñe si inueni gratiaz ante oculos tuos: et si iustificatus sum apud te prę multis: et si certe ascendit deprecatio mea ante faciem tuam: cõforta me: & ostende seruo tuo mihi interpretationem et distinctionẽ visus horribilis huius / vt plenissime cõsoleris animã meã. Dignum enim me habuisti ostẽdere mihi tempoz nouissima. Et dixit ad me: Hec est interpretatio visionis huius. Aquilam quã vidisti ascendentẽ de mari: hoc est regnum quod visum est in visione danieli fratri tuo. Sed nõ est illi interpretatũ: qñ ego nunc tibi interp̃tor. Ecce dies venĩũt: & exurget regnũ super terrã: & erit timor acrior omniũ regnorum que fuerunt ante eum

A Regnabũt autem in ea reges duodecim: vnus post vnum. Nam secũdus incipiet regnare ⁊ ipse tenebit amplius tẽpus pꝛę duodecim. Hęc est iterpꝛetatio duodecim alarũ quas vidisti. Et quã vidisti vocem quę locuta est: nõ de capitibus eius exeuntẽ/sed de medio coꝛpoꝛis eius: hęc est interp̃tatio. Qm̃ post tẽpus regni illius nascẽt cõtentiões nõ modice: et periclitabit vt cadat ⁊ nõ cadet tunc: sed iterũ cõsti/tuet in suũ initiuz. Et qm̃ vidisti subalares octo co/hęrentes alis eius: hęc est interp̃tatio: Exurgent in ipso octo reges: quoꝝ erunt tẽpoꝛa leuia ⁊ ãni citati: ⁊ duo quidẽ ex ipsis parient. Appꝛopinquãte au tem tẽpoꝛe medio: quattuoꝛ seruabunt in tempoꝛe cum incipiet appꝛopinquare tẽpus eius vt finiat. Duę vero in finem seruabunt. Et qm̃ vidisti tria ca pita quiescẽtia: hęc est iterpꝛetatio: In nouissimis eius suscitabit altissimus tria regna: et reuocabit in ea multa: ⁊ dissabunt terrã/ ⁊ qui habitãt in ea cum laboꝛe multo super omnes q̃ fuerũt ante hos. Pꝛo/pter hoc ipsi vocati sunt capita aquilę. Isti enĩ erũt qui recapitulabũt impietates eius: ⁊ qui perficient nouissima eius. Et quoniã vidisti caput maius nõ apparẽs: hęc est interp̃tatio eius. Quoniã vnus ex eis super lectũ suũ moꝛiet: ⁊ tamen cum toꝛmentis. Nam duo qui pseuerauerint: gladius eos comedet. Vnius enĩ gladius comedet qui cum eo: sed tamen hic gladio in nouissimis cadet. Et quoniã vidisti du as subalares trajiciẽtes super caput: quod est i dex/tera parte: hęc est interp̃tatio. Hi sunt quos conser/uauit altissimus in finem suum: hoc est regnũ exile et turbatiõis plenum. Sicut vidisti ⁊ leonem: quem
B vidisti de silua euigilãtem ⁊ rugientem ⁊ loquẽtem ad aquilã et arguẽtem eam: ⁊ iniusticias ipsius per oñes sermones eius: sicut audisti: hic est vẽtus quẽ seruauit altissimus in finẽ ad eos ⁊ impietates ipso rum: ⁊ arguet illos/⁊ incutiet coꝛã ipis discerptiões eoꝝ. Statuet enim eos in iudiciũ viuos: ⁊ erit cum arguerit eos: tũc coꝛripiet eos: Nam reliduũ popu/lum meũ liberabit cum miseria: qui saluati sunt su/per fines meos: ⁊ iocũdabit eos: quoadusqꝫ veniet finis/dies iudicij: de quo locutus suz tibi ab initio. Hoc somniũ quod vidisti: ⁊ hę interpꝛetatiões. Tu ergo solus dignus fuisti scire altissimi secretuz hoc. Scribe ergo omnia ista in libꝛo quę vidisti: et pone ea in loco abscondito: ⁊ docebis ea sapientes de po pulo tuo: quoꝝ coꝛda scis posse capere et seruare se/creta hęc. Tu autem adhuc sustine hic alios dies se/ptem/vt tibi ostendat quicqd visuz fuerit altissimo ostendere tibi. Et pfectus est a me. Et factũ est cum audisset omnis populus/quoniam pertransierũt se ptem dies: ⁊ ego nõ fuissem reuersus in ciuitatez: et cõgregauit se omnis a minimo vsqꝫ ad maximũ: et venit ad me: ⁊ dixerũt mihi/dicẽtes: Quid peccaui/mus tibi/⁊ quid iniuste egimus in te quoniã dereli/quens nos: sedisti in loco hoc? Tu enim nobis supe res solus ex oĩbus populis: sicut botrus de vinea: et sicut lucerna in loco obscuro: ⁊ sicut poꝛtus et na/uis saluata a tempestate. Aut non sufficiunt nobis mala quę cõtingunt? Si ergo tu nos dereliqueris: quanto nobis erat melius si essemus succẽsi: ⁊ nos cum incẽdio sion? Nec enĩ nos sumus meliozes eoꝝ quę ibi moꝛtui sunt. Et plozauerũt voce magna. Et respondi ad eos ⁊ dixi: Confide israel: ⁊ noli tristari tu domus iacob. Est enĩ memoꝛia vestra coꝛam al/tissimo et foꝛtis nõ est oblitus vestri in tẽptatione. C
Ego enĩ non dereliqui vos/nec excessi a vobis: sed veni in hũc locum vt depꝛecarer p desolatiõe sion: vt quererem misericoꝛdiã pꝛo humilitate sanctifica tionis vestrę. Et nunc ite vnusquisqꝫ vestruz in do/mum suam: ⁊ ego veniã ad vos post dies istos. Et pfectus est populus sicut dixi ei in ciuitatem. Ego autẽ sedi in campo septem dieb⁹/sicut mihi manda/uit: ⁊ mãducabã de floꝛib⁹ solũmodo agri: ⁊ de her/bis facta est esca mihi in dieb⁹ illis. La. XIII

ET factum est post dies septem: et som/niaui somniũ nocte. Et ecce de mari vẽ tus exurgebat: vt cõturbaret oñes flu ctus eius. Et vidi: et ecce cõualescebat ille homo cum nubibus cęli: et vbi vul tum suum vertebat: vt pꝛsideraret: tremebãt omnia quę sub eo videbant: ⁊ vbicũqꝫ exiebat vox de oꝛe eius: ardescebãt omnes qui audiebãt voces eius: si cut quiescit terra quãdo sensserit ignez. Et vidi post hęc: ⁊ ecce cõgregabat multitudo hominũ quoꝝ nõ erat numerus de quattuoꝛ ventis cęli: vt debel/larent hominẽ qui ascenderet de mari. Et vidi: ⁊ ec/ce sibimetipsi sculpserat montem magnũ: ⁊ volauit super eum. Ego autẽ quesiui videre regionẽ vel lo/cum vnde sculptus esset mons: ⁊ non potui. Et post hęc vidi: ⁊ ecce omnes qui cõgregati sunt ad eum vt expugnarẽt eum timebãt valde: tamẽ audebãt pu/gnare. Et ecce vt vidit impetũ multitudinis venien tis nõ leuauit manũ suã: nec frameã tenebat: nec aliqs̃ vas bellicosuz: nisi solũmodo: vt vidi/quoniã emisit de oꝛe suo sicut flatum ignis: ⁊ de labijs eius spiritus flãmę: ⁊ de lingua eius emittebat scintillas et tẽpestates: ⁊ cõmixta sunt oñia simul/ hic flatus ignis ⁊ spiritus flãmę: ⁊ multitudo tẽpestatis: ⁊ con D cidit super multitudinẽ in ipetu quę parata erat pu gnare: et succẽdit omnes: vt subito nihil videret de innumerabili multitudine: nisi solũmodo puluis et fumi odoꝛ. Et vidi: ⁊ extimui. Et post hęc vidi ipsuz hominẽ descendentẽ de monte: ⁊ vocantẽ ad se mul titudinem aliam pacificaz: ⁊ accedebat ad eum vul/tus hominũ multoꝝ quoꝝũdam gaudentiũ/ quoꝝũ dam tristantiũ: aliqui vero alligati: aliqui adducen tes ex eis qui offerebãtur. Et ęgrotaui a multitudi/ne pauoꝛis: ⁊ expgefactus sum/⁊ dixi: Tu ab initio demonstrasti seruo tuo mirabilia hęc: ⁊ dignum me habuisti vt susciperes depꝛecationẽ meam: et nunc demonstra mihi adhuc interpꝛetationẽ somnij hu/ius. Sicut enim existimo in sensu meo: vę qui dereli cti fuerint in diebus illis. Et multo plus: vę his qui nõ sunt derelicti. Qui enim nõ sunt derelicti tristes erant. Intelligo nunc quę sunt reposita in nouissi/mis diebus: et occurrent eis: sed et his qui derelicti sunt. Pꝛopter hoc venerũt enim in pericula magna et necessitates multas/sicut ostendunt somnia hęc. Attamen facilius est periclitãtem venire in hunc q̃ pertransire sicut nubem a seculo: ⁊ nunc videre quę contingunt in nouissimo. Et respondit ad me/et di/xit: Et visionis interpꝛetationẽ dicam tibi: ⁊ de qni bus locutus es/adaperiã tibi. Qm̃ de his dixisti qui derelicti sunt: hęc est interp̃tatio. Qui aufert periculũ illo tẽpoꝛe: hic se custodiuit. Qui in piculo iciderũt: hi sunt qui habent opera ⁊ fidem ad foꝛtissimũ. Sci to ergo/ qm̃ magis beatificati sunt qui derelicti su/per eos qui moꝛtui sunt. Hę interp̃tatiões visionis.

Quia vidisti virum ascendentē de corde maris: ipe est quem cōseruat altissimus multis temporibus: q̄ per semetipm liberabit creaturā suā: t ipe disponet qui derelicti sunt. Et qm̄ vidisti de ore eius exire vt spiritū t ignem t tempestatē: t qm̄ non tenebat fra meam: neq; vas bellicosum: corrupit enim impetus eius multitudinē quę venerat expugnare eum: hec est interptatio: Ecce dies venīūt / qn̄ incipiet altissi/ mus liberare eos qui super terram sunt: t veniet in excessu mentis super eos qui inhabitabāt terrā: Et alij alios cogitabūt debellare: ciuitas ciuitatē t lo/ cus locum: t gens aduersus gentem / t regnū aduer sus regnū. Et erit cum fient hec: t cōtingent signa quę ante ostendi tibi: t tunc reuela fbi filius meus: quē vidisti vt virū ascēdentē. Et erit: quādo audie/ rint omnes gentes vocem eius / t derelinquet vnus quisq; in regione sua bellū suū quod habent ad al/ terutrū t colliget in vnum multitudo innumerabi/ lis / sicut volentes venire t expugnare eu. Ipse au tem stabit super cacumen montis sion. Sion autē veniet t ostendet omnibus parata t edificata / sicut vidisti montē sculpi sine manibus. Ipse autē filius meus arguet quę adinuenerūt gentes impietates eor has: quę tempestati appropinquauerūt ꝓpter mala cogitamēta eor t cruciamēta quibus incipi/ ent cruciari: quę assimilatę sunt flāmę: t perdet eos sine labore: per legē quę igni assimilata est. Et qm̄ vidisti eum colligentē ad se aliam multitudinē paci ficā: hę sūt decē trib⁹ quę captiue factę sunt de ter/ ra sua in diebus oseę regis: quem captiuū duxit sal manasar rex assyrior: t transtulit eos trans flumē: et translati sunt in terrā aliam. Ipsi autē sibi dede/ runt cōsiliū hoc vt derelinquerēt multitudinē gen/ tiū: t ꝓficiscerent in vltiorē regionē vbi nunq̄ in/ habitauit gen⁹ humanū: vel ibi obseruare legitima sua quę nō fuerant seruātes in regione sua. Per in/ troitus autē angustos fluminis euphraten introie/ runt. Fecit eni eis tunc altissim⁹ signa: t statuit ve/ nas fluminis vsq; quo trāsirent. Per eam eni regio nem erat via multa itineris anni vnius et dimidij: nam regio illa vocat̄ ararcth. Tunc inhabitauerūt ibi vsq; in nouissimo tēpore: t nunc iterū cum cępe/ rint venire: iterū altissimus statuet venas fluminis vt possint transire: ꝓpter hec vidisti multitudinem cum pace. Sed t q̄ derelicti sunt de populo tuo: hi sunt qui inuenīūt inter terminū meus. Factū erit ergo quādo incipiet perdere multitudinē earū quę collectę sunt gētes: ꝓteget eos qui superauerūt po pulum: t tunc ostēdet eis multa plurima portenta. Et dixi ego: Dominator dñe hoc mihi ostēde ꝓpter qd̄ vidi virum ascendentē de corde maris. Et dixit mihi: Sicut non potes hec vel scrutari vel scire quę sunt in ꝓfundo maris: sic nō poterit quisq; sup ter/ ram videre filiū meū: vl eos qui cum eo sunt: nisi in tēpore diei. Hec est interptatio somnij qd̄ vidisti et ꝓpter qd̄ illuminatus es hic solus. Dereliquisti eni tuā: t circa meā vacasti legē t quesisti. Vitā eni tuā disposuisti in sapiētia: t sensum tuū vocasti matrē. Et ꝓpter h̄ ostendi tibi merces apud altissimū. Erit eni post alios tres dies: ad te alia loquar: t exponā tibi grauia t mirabilia. Et ꝓfectus sum t transij in campū: multū glorificās t laudans altissimū de mi rabilib⁹ quę p tēpus faciebat: t qm̄ gubernat ipm t quę sunt in temporib⁹ illata. Et sedi ibi trib⁹ dieb⁹.

